



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiæ, 1605

Acta Consistorii Pvblice Exhibiti, A. S. D. N. Gregorio Papa XIII. Regvm
Iaponiorvm Legatis Romæ, Die XXIII. Martii, M. D. LXXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

62
ACTA CONSISTO-
RII PVBLICE
EXHIBITI,

A S. D. N. GREGORIO PAPA
XIII. REGVM IAPONIORVM LE-
GATIS ROMÆ, DIE XXIII. MAR-
TII, M. D. LXXXV.

S Edente Gregorio XIII. Pont. Max. in
aula Regibus admittendis, eorumque le-
gationibus destinata, die 23. Martii, 1585,
matutinis horis; in amplissimo S. R. E.
Cardinalium confessu, & magna Principū
Antistitumque frequentia, summo omnium ordinum
studio & celeberrimo comitatu; introducti Regum Ia-
poniorum legati duo, Mantius & Michael, (qui idem
Principis Omuræ) & è legationis eiusdem comitibus
Iaponiis præcipue nobilitatis item duobus, alter Mar-
tinus nomine, (nam alter, Iulianus, graui morbo impli-
citus tenebatur) post solemnem Summi Pōtificis ado-
rationem, & beatorum pedum oscula, ab eodē eximia
cum significatione beneuolentiæ & caritatis accepti,
in locum à Designatore præstitutum magna cum mo-
destia secesserunt. Posthæc, allatæ ab iis Regum litteræ,
publicè recitantur ex Iaponico in Italicum sermonem
atque in Latinum deinde conuersæ, in hæc verba.

LITTE